

Christian Ohm Heinrich Wiskemann

**Dissertatio Legalis Ad L. Assiduis C. Qui Potiores In Pignore, Sive De Tacita mulieris in bonis mariti hypotheca, eiusq[ue] praerogativa**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730914062>

Druck Freier  Zugang



Inace  
Ohm, Christian  
Resp: Wiskemann, Heinrich  
R. M. für 1623

16



Differtatio Legalis

A D

ASSIDUIS

IPOTIORES IN

ORE, SIVE DE TACITA

eris in bonis mariti hypo-

thecâ, ejusq; prerogativâ:

QUAM

no feliciter aspirante numine

& Amplissimo Jctorum in

Rhodopolitanâ approbante ordine

PRÆSIDE

Clarissimo & Consultissimo Viro,

CHRISTIANO OSM

J. U. D.

dem 30. Augusti, horis matutinis

In Acroaterio majori,

cenfura & placide ventilationi fubjcit

ICUS WISKEMANN

Elchvegenfis Heflus.

ROSTOCHI

EDANIANIS, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXIII

1623





Universität:  
Bibliothek  
Rostock

7432. III. 105



## Præfatio.

**C**rebras olim mulierum de deperditis dotibus fuisse ad Imp. delatas querelas, testis est Justinianus in pr. l. Assiduis C. qui pot. in pign. dum se crebris additionibus inquietatum ad presentem legem devenisse refert; crebras & hodie esse hujusmodi querimonias testantur quotidie rostra, loquuntur iudicum subsellia. Quæ meres movit, ut ex toto dicto tit. C. legem unicam, sc. ultimam potius eligerem, cum eam videam omnium sermone celebratissimam, ut quæ illustris Cujac. ad d. l. pulcra & in præctica perusitata, itemq. nobilis Sichard. ibid. n. i. & ult. vocetur. Hæc constitutionis tenorem juxta circumstantias ex vulgato illo Versiculo quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, desumptas, hæc dissertatiuncula examinatur  
*Adsis sancta TRIAS, rege tu me flamine sacro.*

## PARS PRIMA.

### I.

**S**ub questione Quis duo comprehendendo, primum est, quis hanc legem tulerit? quod inscriptio legis indicat. Fuit autem Justinianus Imperator, de cujus rebus gestis & speciosis titulis pluribus agunt Interpp. ad proximum Instit. Hic ut alias multas pro mulieribus, quibus semper admodum favit Myns. l. sed nos. f. de SC. Tertul. n. 2. ita & hanc legem tulit, per eamq. mulierum jura adauxit: adhibita forsan in consilium, quod solebat N. s. c. 1. Theodorâ conjugæ.

A 2

Alte-



2. Alterum est quis mediante hac lege beneficium aliquod acceperit, quod ex contextu legis licet colligere, & quidem manifestò in verbis *mulierem, mulieribus &c.* quarum conditio licet alias in multis juris nostri articulis deterior habeatur *l. in multis. 9. ff. de stat. hom.* majorq; insit dignitas sexui virili *l. 1. ff. de senat.* quod comprobatur sacra pagina *Gen. 3. 1. ad Timoth. 2. 1. Corinth. 11. Ephes. 5.* ubi vir caput mulieris dicitur.

3. Sic mores civitatis foeminas ab officiis civilibus & publicis removerunt *l. 2. d. R. J.* honor tamen ex administratione vel nobilitate mariti proveniens communicatur uxori *l. 8. ff. de senat. l. 13. C. de dign.* veluti luna splendet & illuminatur à radijs solaribus *Vaud. 2. quest. ult.*

4. Major tamen illa in virili sexu dignitas & praestantia, foemininū à se distare sexum formā sive differentiā specificā non efficit: nam plus & minus, quantitate vel qualitate subjectum tantum distinguit *fac. l. 1. §. cui. 11. ff. quemad. serv. am. l. fin. de instr. vel instrum. leg. Dn. Gædd. ad l. 1. de V. S. num. 30.*

5. Falluntur igitur qui sc̄to foeminam appellatione hominis contineri tantum; reipsa hominem non esse, aut hominem de viro propriè tantum dici autumant. Verum foeminam tam dici quam esse hominem arguit tam sacra scriptura *Gen. 5. v. 2. & vocavit nomen eorum Adam &c.* quam nostra jurisprudentia in *l. 152. ff. de V. S. l. 3. §. 1. de lib. hom. exhib.* & hoc negantes videntur quodanimodo accusatores naturæ existere *l. maximam vitium, 14. C. de lib. prater.* Unde verbum si quis, sc̄. homo, *Dec. ad d. l. 2. de R. J. n. 97.* tam masculinum quam foeminam complectitur *l. 1. ff. de V. S.* Et sub masculino foemininum comprehenditur *l. 62. l. 81 de leg. 3. l. 1 §. 1. de legat. prast. l. 52. l. 195. ff. de V. S.* idq; de  
pro-

proprietate sermonis Dec. d. l. Dn. Gœdd. d. l. concl. 2. etiam in pœnalibus arg. l. si quis. 7. pr. & §. 1. ff. de jurud. l. qui domum 8. junctâ l. mater. 10. §. 1. ad L. Jul. de adult. l. ait. 16. ff. de jur. fisci, id. concl. 4. Treutl. 1. disp. 2. th. 1. c. Limita, tamen hæc procedere in materiâ indifferenti, & in casu quando de proferentis voluntate aliter non constat Gœdd. d. l. n. 50. & seqq. ubi id exemplis declarat.

6. Sed omissis hisce parergis, properemus ad ea quæ ad rem magis pertinent, licet itaq; mulieres in multis deteriore conditione fruantur, quin è conversò in multis earum sit conditio quam virorum melior ( non tamen nisi quatenus in jure reperitur expressum arg. l. fin. ubi Bald. C. de jur. & fact. ign. Dec. d. l. n. 87. Wel. ad l. 4. n. 47. C. de pact. ) maximè favore dotium res ipsa loquitur & præsens lex ostendit. Cujac. ad l. un. pr. C. de rei uxor. act.

7. Mulieres autem alias quidem tam nuptæ, quam innuptæ dicuntur l. argumento 25. §. 9. de aur. leg. d. l. 81. §. 1. de leg. 3. Hic tamen nuptas magis significari, suadet subiecta materia secundum quam verba sunt accipienda l. 15. §. Papin. ubi Dd. ff. loc. nec enim sine nuptiis dos esse potest l. fin. C. de don. ant. nupt. cujus intuitu mulier habet privilegium: sic mulierem fieri dixit Ulp. l. 14. §. 7. de adil. edict. & mulierem pro uxore Scævola in l. Lucius 93. §. 1. de leg. 3. more Græcorum Anton. August. 2. emendat. c. 1. & mulier virgini opponitur l. 17. §. 5. ff. d. act. empr. De sponsâ igitur quidam addubitant, maximè cum Imp. in causis matrimonium concomitantibus se fundet, æquius tamen videtur & hanc à privilegio non excludere fac. l. 17. inf. cum l. seq. ff. de reb. aut. jud. poss. l. si sponsa ff. de jur. dot. quâ in re tamen decisione Cæsareâ opus videri asserit Myns. 6. O. 78. Hæc autem non de quibusvis mulieribus sed Christianis accipien-

cupiendā sunt, ut hæc tantum habeant privilegium, hæreticas enim æquali cum Orthodoxis privilegio frui indignum est  
N 109.

8. Quod vero in *§. fuerat l. de Act.*, dicitur tunc cum ipsa mulier &c. *in Quibus* accipi debet *Zaf. ibi. n. 17. Mynf. n. 6.* ut non actioni sed mulieri datum sit privilegium *Kling. ibid.* Unde nec ad heredes transit *l. un. C. de priv. dot. N. 91. N. 61. in fin. fac. l. in omnibus. 68. ff. de R. J.* privilegium enim mutatione personæ tollitur *Dec. ad d. l. 68. n. fin. Sichard. h. n. 25. Dyn. ad c. qui in jus. num. 9. de R. J. in 6. Fachin. 1. contr. 34.* qui tamen ad extraneos id rectè restringunt *Herm. Meyer. lib. 2. de pign. tit. 5. n. 17. 18.* Ad liberos enim Imper. extendit beneficium prælationis *§. 1. vers. exceptis & N. 91.* quod male *Anton. Fab. 8. conj. 13.* ad casum quo liberi prioris matrimonii cum novercâ concurrunt, restringit, reprehensus eo nomine ab *Ampliff. Dn. Lindem. præceptore meo observando in exercitat. ad tit. de Act. th. 118.* habent enim potius filiationis quam hereditario jure *Bolfras de pign. concl. 82. d. fac. in simili l. 24. §. 1. ff. de re jud. l. 12. 13. junctâ l. 18. ff. sol. matrim. Sich. d. l. Mynf. ad d. §. fuerat n. 15. Diss. Ant. Matth. in not. ibid. & de fundam. jur. disp. 11. thes. 14.*

9. Pater qui filia dotem dedit in ipsius potestate constitutâ, dotem si repetat privilegium prælationis tunc obtendet si adjunctâ filia personâ agat ex ipsius voluntate eo enim casu communis est actio *l. 2. §. 1. sol. matr. l. 7. vers. si vero. de pact. dot.* quinimò magis videtur ex filia quam sui ipsius personâ agere cum servare filia dotem cogatur *gl. b. Zaf. d. §. fuerat n. 30. Sylv. Aldobr. ad gl. ibid.* Sed num poterit adjunctâ filia personâ pater agere, quando ipsa pacta est cum marito de non petendo? negare videtur *l. 7. ff. de pact. dot.*  
tal,

*tal. cum qua pugnat. l. 2. §. 1. ff. sol. matr.* quam pugnam conciliabimus, si dixerimus hanc de delegatione, illam de pacto de non petendo loqui, rationem diversitatis tradit Conn. 8. c. 10. n. 6. Si quis tamen Duarenum sequi malit, nihil moror.

10. Idem in procuratore mulieris admitto, *arg. l. 51. §. 1. ff. de procur. gl. d. §. fuerat v. cum ipsa.* non enim debet durior esse procuratoris conditio quam domini *l. sed & hæ 35. §. 3. ff. eod.* Excipio procuratorem in rem suam, cum causa ipsius sit propria, & umbrâ quadam tantum sit mulieris procurator *Zaf. d. l. cessionarius* igitur non gaudebit privilegio nisi temporis *Sichard. h. n. 26. Mynf. 3. O. 3.* Si tamen mulieris interfit, frui etiam privilegio cessionarium, ex æquitate dicendum est ei competere *Fachin. 10. contr. 34.*

## PARS II.

### I.

**A** Ccedo ad circumstantiam secundam, QUID tam Imper. dederit, quam mulieres ex hac lege habeant? Rescribit Imperator primò generaliter dare se *beneficium, privilegium, §. 1.* Est autem privilegium quod rem aliquam vel universitatem à communi observatione eximit *Mynf. §. sed & quod. n. 5. J. de J. N. G. & C.* dictum quasi privae i. e. singularis lex *Treutl. v. 1. disp. 1. th. 6. e.* quæ enim nos singula veteres privae dixerunt *A Gellius 10. N. A. c. 20.* quod autem hodie beneficia juris privilegia dicuntur, magis ex immutatione vocabuli evenire, quam quod res nativæ e-  
jus significationi planè conveniat, censeo *Lagus in meth. p. 6. c. 1.*

2. Intelligens itaq; Justin. quodnam illud sit, quo ipse auxerit mulieres, privilegium, cognosci vix posse nisi prius, quâ

quã ante eum & per alias ejusdem leges usã prarogativã fuerint, sic inquit, *nos itaq; ad antiquas leges respeximus*, quibus sicut alia multa favore dotium introducta erant ab earum latoribus *l. fin. C. ad SC. Vellei.* de quibus Myns. refert *24. d. cent. 3. O. 3. n. 2.* Ita & hoc ut mulier haberet privilegia contra omnes actiones personales, i. e. præ omnibus creditoribus chirographarijs prarogativam, ut si mariti bona ex edicto possessa veneant, dotem suam consequeretur ante omnes hujusmodi creditores *l. 74. ff. de jur. dot. l. 17. inf. & ll. seqq. de reb. aut. jud. poss. Sich. h. n. 4.* quod tamen exceptionem admisisse arguit vox *penè b.* & quatuor casibus non obtinuisse refert Cujac. *b.* & quintum addit Sich. *n. 6.*

3. Et hoc ita in actionibus personalibus constitutum erat ab antiquis legumlatoribus, qui cum hypothecam respiciebant, vigorem justiciæ ilico relaxabant, & senioribus hypothecis novas mulierum actiones expellebant, unde nullam habebat mulier prarogativam jure suo, sed duntaxat temporis; At postponebatur posterior expressa mulieris hypotheca, hypothecæ creditorum seniori sive anteriori; *expressa* dico, quia eo jure mulier hypothecam tacitam non habebat, sed necessum erat ut per expressam sibi speciatim consuleret *l. 10. C. b. t. l. 7. §. si uxor. 6. ff. de donat. in vir. & uxor.*

4. Hanc volens emendare Justinian. veterum socordiam & duritiam duas fecit constitutiones *§. 1. b.* in quarum unã, *sc. l. in rebus 30. C. de jur. dot.* tacitam mulieri dedit hypothecam in rebus dotalibus si tamen extent, & etiam in rem actionem sive vendicationem, quæ tamen non sunt contraria *ut ibid. annotavit Gothofr.* & hujus vigore omnibus aliis creditoribus hypothecariã experientibus præfertur. Altera lex cujus meminit est constitutio *l. un. C. de rei uxor. act. subl.*

*fabl.* in quâ tacita datur mulieri hypotheca, non tantum in rebus dotalibus vel ex dotali pecuniâ comparatis, sed omnibus bonis mariti *d. l. §. 1.* vel foceri, quando ille à nuru dotem accepit pro filio Sichard. *b. n. 29.*

5. Et tacitæ hoc hypothecæ privilegium non solum propter dotem sed etiam donationem propter nuptias habet, & bona etiam parapherna *l. ult. C. de pact. conv.* Ampliff. Dn. Lindem. *d. l. th. 120.* Wes. *par. in quib. caus. pign. tac. contr.* Mynf. *5. O. 4.* Zas. *d. §. n. 14. 16.* Diss. Dynus *arg. text. in §. 2. b.* non tamen propter alimenta Fachin. *12. contr. 33.* Nec soli mulieri sed & marito in bonis uxoris datur *d. l. un. §. 1. ibi ex utroq. latere*, quinimo cuivis extraneo qui marito dotem dedit pro muliere, eamq; sibi reddi stipulatus est Mynf. *d. §. fuerat. n. 9.* Zas. *n. 12.* non enim mulieri sed actioni datum est hoc privilegium, quia relativum *cui in d. §. fuerat.* actionem respicit Fach. *3. contr. 99.* unde ad quemcumq; successorem transire dicendum est *gl. d. §. Mynf. d. l.*

6. Tandem quo cautum foret mulieribus plenissimè, Justin. in hac lege concessit ipsis privilegium seu beneficium prælationis, sive ut quidam vocant *πρωτῶν ἐπιτάξεων* Borch. *de pact. c. 5. n. 21.* inter omnes mariti creditores licet essent anterioris temporis privilegio vallati, sicq; juri communi sive regulæ *qui prior tempore potior jure l. 2. l. 4. l. 7. C. b. t.* eas exemit. Habebant igitur mulieres etiam ante hanc legem tacitam in bonis mariti hypothecam, sed non privilegiatam, & præferabantur quidem creditoribus, sed tantum tempore posterioribus Sich. *n. 17.*

### PARS III.

#### I.

**U**BI aliâs quidem circumstantiam loci denotat, Keckerm. *system. log. lib. 1. §. 1. c. 13.* & sic fortasse non ineptè dicemus,

B

mus,

mus, dotis causam semper & ubiq; præcipuam esse *ex l. 1. ff. sol. matr.* id est, tam in provincijs, quam Italiâ, *Cujac.* quod de personalibus actionibus ibi quidem dictû, huc tamen referri non absurdè poterit, cum & ipse *Imp. in pr. h. l.* à personalibus actionibus ad hypothecas argumentetur. Quo in foro vero hæc actio ventilari debeat curiosius inquirere supersedeo, cum hic non de matrimonio agatur, quod cum fit, causa dotis apud judicem ecclesiasticum incidenter tractari potest *c. plerumq. X. de dot. int. vir. & ux. Gædd. de sequest. c. 1. n. 35.* alias enim ad secularem judicem cognitio de dote pertinet *l. in contractibus. C. de non num. pec.* Quod jure Canonico non reperitur correctum *Fachin. 10. c. 37.* cur igitur stare prohibeatur.

2. Sed nec inconvenienter hic accipi poterit **U B I**, de re in quâ privilegium obtinet, tanquam loco ejusdem. Est igitur **DOS**, quod vocabulum aliàs quidem sat generale, sive à naturâ, sive ab hominibus tributa bona significat, *Connan. 8. c. 8. n. 1.* Hic tamen rem nuptiarum causâ datam, *Borch. de pact. c. 2. n. 13. Wel. de jur. dot. n. 2. nuptiarum causa*, datur enim in hoc, ut mulier facilius nubere, & maritus matrimonij onera sustinere facilius possit, *datam*, i. e. reverâ numeratam *de quo infr. n. 9.* idq; vel à muliere, vel alio ejus nomine, *de quo n. 5. dicam.*

3. Eamq; vir possidet, nimirum accessione temporis *l. 7. §. 3. ff. de jur. dot. l. Pomponius. 13. §. in dote. 6. ff. de acq. poss.* quæ accessio nulla esset si non possideret *arg. l. 3. de usucap. §. diutina. §. cod.* Unde fit quod mulier possessionem rei dotalis mortuo marito, sponte suâ ingredi non possit, sed eam teneatur ab herede petere *l. 9. C. solut. matrim.*

4. Vocatur autem ab *Ulp. in l. 3. §. ergo etiam. de minor.* proprium mulieris patrimonium. Et hinc illa in scholis  
diu,

diu, de dominio dotis, vexata quaestio. Alibi enim id ma-  
 rito tam in dote *l. Lucius 21. §. 4. ff. ad munic. &c.* quam in  
 rebus dotalibus *pr. J. quib. al. licet. l. si pradium 23. C. de jur.  
 dot. & simil.* tribuitur: alibi tam rerum dotalium *l. 24. §. 5.  
 ff. sol. matr. l. 7. de jur. dot.* quam ipsius dotis *d. l. 3. §. ergo.  
 l. in eum 16. ff. de relig.* domina perhibetur uxor. Vix igitur  
 locum habebit distinctio inter rem & jus in re constitutum,  
 qua utitur Ampliss. Dn. Herm. Vult. *praeceptor quondam  
 meo debito mihi honore observandus, disc. schol. c. ult.* cui con-  
 tradicit Clariss. D. Anton. Matth. *de fund. jur. disp. 2. th. 20.  
 & seqq.* Nec tamen haec inter se pugnant: maritus inspecta  
 rei dotalis traditione, quoad plerosq; dominij effectus, sub-  
 tili quadam juris fictione censeretur dominus, Ant. Matth. *d. l.  
 Coraf. 5. misc. 14. Arum. disp. 15. th. 11. & exerc. 6. in coroll. i.*  
 quia tamen ipsi alienatio interdicitur, & res dotalis ad mu-  
 lierem soluto matrimonio redeat, ideo naturaliter in uxo-  
 ris dominio mansisse dicitur *l. in rebus 30. C. de jur. dot.* Am-  
 pliss. Dn. Lindem. *J. quib. al. lic. th. 2. 3.* Silet enim tantum  
 & inefficax est dominium mulieris, quoad constat matrimo-  
 nium; quo soluto, veluti postliminio quodam cum effectu  
 ad mulierem revertitur. Myns. *ibid. ad pr. n. 3. & seqq.*

5. Ampliatur conclusio haec de dote fere quadrupliciter:  
 I. ut procedat sive dos a muliere, sive pro ea data sit ab alio,  
 i. e. tam in dote profectitia quam adventitia *l. un. §. 1 C. de  
 rei ux. act.* Et illa quidem definitur, res quam habet a patre  
 vel parente (virilis tamen sexus *fac. l. 6. C. de jur. dot.* Go-  
 thofr. *ad l. 5. eod.*) profecta de bonis vel facto ejus *d. l. 5. pr.*  
 Haec est quae constituitur ab extraneo *d. l. un. §. 13.* Dn. Vult.  
*J. R. 20. n. 10.*

6. II. Idem videtur dicendum in quasi dote, cum quid  
 servo dotali intuitu mulieris legatum est *l. 3. ff. de fund. dot.*



id enim quasi dos habetur & perinde ac dos mulieri reddi debet *l. 65. ff. de jur. dot. Mynf. d. §. fuerat. n. 3.*

7. III. Procedit etiam in dote putativâ, E. G. mulier errore ducta cum servo quem liberum esse putabat, vel alio, cum quo per leges non licet, matrimonium contraxit, ibi cum matrimonii nomen non sit, nec dos esse poterit *l. 3. de jur. dot. l. fin. pr. C. de don. ant. nupt.* putatur tamen esse dos ob privilegia, quæ de jure ad repetendam illam non minus concessa sunt quam ad repetendam veram *l. 22. §. fin. sol. matrim. l. 17. in fin. cum 2. seqq. de reb. aut. jud. poss. Dnl. Vult. d. l. n. 16.* igitur & hanc mulier habebit præcipuam Harmenop. *lib. 4. tit. 8. Zaf. d. §. fuerat. n. 11. Sichard. h. n. 24. Wef. par. de jur. dot. n. 2. Borch. de pact. c. 5. n. 21.*

8. IV. Eodem privilegio mulier gaudebit in augmento dotis *arg. l. 8. C. de jur. dot. l. inter 26. §. 2. de pact. dot. & alias notorium est accessorium sequi naturam principalis c. accessorium. de R. J. in 6. nisi aliud in accessorio speciatim reperiatur constitutum Dyn. add. c. n. 2.* Hoc tamen procedit in augmento quod citra circumscriptionem creditorum, & non schematicè, sed in rei veritate factum est *N. 97. c. 2. adde l. pen. cum Auth. seq. C. de don. ant. nupt.* Cum autem fructus ante matrimonium percepti, & ipsi dotis fiant, eamq; augeant, *l. dotis. 7. §. 1. l. si servo 47. ff. de jur. dot. l. 6. solut. matr. l. 38. §. 12. ff. de usur. & hos peter mulier ex privilegio.*

9. Limitatur autem locum habere tantum in dote revera numeratâ, *§. 1. vers. si tamen h. l.* Confessata itaq; ut vocant (rectius fortasse confessâ vel cauta) dos privilegio non fruetur *gl. h. v. data. Mynf. d. §. n. 14.* non igitur sufficiet mariti quietantia sive confessio *Sich. num. 28.* creditoribus enim numerationem dotis inficiantibus mulieri incumbet

ret

ret onus probandi per *l. 1. C. de dot. caut. non num. l. si quis 9. ibi, quam se corporaliter tradidisse docuerit. C. de bon. proscr. Wes. par. de priv. cred. n. 5.* quod quidam admittunt cum dos non consistit in immobilibus, alias sufficere mariti confessionem, Herm. Meyr. *d. lib. 2. de pign. tit. 5. n. 38. & seqq.* Similiter autem in creditoribus requiritur, ut & hi sua credita probent per justam numerationem, alioquin si & hi tantum nudis innitantur cautionibus, dotis causa erit præcipua, utpote favorabilior *Zaf. d. §. fuerat. n. 28. Mynf. ibid. n. 14. & 1. O. 61. n. 4. & 5.*

10. Caterum tres Bartoli casus, 1. de renunciatione exceptionis non numerata dotis; 2. de lapsu præfiniti temporis, & 3. de juramento mariti, rectè reiici videntur à *Zaf. d. l. n. 27.* Primum enim quod attinet, licet quilibet juri pro se introducto renunciare possit *l. pen. C. de pact. cum simil. &* fietiam maritus huic exceptioni non numerata dotis, nec enim animo donandi vel in fraudem legis facta censebitur, ut tradit *Fachin. 8. c. 84.* ut sic veram videatur solutionem, potius arguere; id tamen à parte mariti tantum locum habebit, nec creditoribus præjudicabit per *l. si unus. 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pact.* Verum posita non concessa tamen Bartoli opinione, non ineptè fortasse quæremus an & tunc obijci possit, non numerata dotis exceptio, quando ignobilis nobilem duxit uxorem, quod quibusdam visum est, & magis est posse, *Vaud. 2. quest. ult. Fach. d. lib. 8. c. 83.* Secundus casus refellitur per *l. fin. in fin. ff. pro suo, l. pen. C. de non num. pec. diss. Sichard. h. n. 28. aureum id Bart. dictum vocans. Fachin. d. lib. c. 86.* Tertius deniq; cadit per *l. sed et si 7. alias l. eum qui §. si petenti. ff. de publician.*

II. Non habet locum in donatione propter nuptias *§. 2. b.* quæ tamen aliàs à dote & nomine & substantiâ nihil

distare dicitur *l. cum multa. 20. pr. vers. si igitur C. de don. ant. nupt.* & dos mariti vocatur, Cujac. 5. O. 4. Additur autem hic diversitatis ratio, ne pro lucro mulieres foveantur, sed ne damnum patiantur *d. S. 2. N. 97. c. 3. in fin.* Contendit enim hic mulier ex jure privato de lucro acquirendo, in damnum creditorum, qui de damno evitando certant, & aliàs etiam potentius habet privilegium qui de damno vitando certat *fac. l. jure 6. in f. de jur. dot. l. nam hoc naturà 14. ff. de cond. ind. l. jure. nat. 206. de R. J. Meyr. d. tit. 5. n. 45.* Sic fiscus si agat de poenâ petendâ, contra creditores suum, persequentes, privilegium non exercet *l. quod placuit. 37. ff. de jur. fisc.* Cujac. h. Idem igitur hodie in illò dotis incremento, quod *ἄποδοτον* dicitur (de quo Harmenop. *lib. 4. tit. 10.* Cujac. 5. O. 5.) & donationi propter nuptias comparatur, obtinebit, nec privilegio locus erit.

12. III. Non obtinet in bonis paraphernis (quæ infantiliter vocari paraphernalia putat *Zaf. d. l. n. 16.*) sunt enim extra dotem ejusque causam *Mynf. 6. O. 45. n. 2. Bolfras de pign. concl. 80. lit. d. Diff. Meyrer d. l. n. 46.*

## PARS IV.

### I.

**Q**UIBUS igitur AUXILIIS mulier hujus prerogativa fiet particeps? Sunt autem hæc diversa, primum est jus retentionis *Harmenop. lib. 4. tit. 8.* ut cum mulier habeat tacitam in bonis mariti hypothecam *sup. p. 2. n. 4.* si forte sit in possessione bonorum defuncti mariti, illis incumbere possit, donec dos integra ipsi restituatur *Mynf. 6. O. 45. n. 5. & 6. O. 82. n. 1. Treutl. v. 2. disp. 7. th. ult. a.* Regulare enim est, quod habens pignus non teneatur ab eo recedere nisi integro debito soluto *l. quamdiu. 6. C. de distr. pign. l. 2. C. deb.*

*C. deb. vend. pign. imp. non pos. fac. l. un. C. et. ob. chirogr.*  
*Meyrer. d. lib. 2. de pign. tit. 6. n. 40. & seq.*

2. Quando vero mulier non possidet, cum ingrediendi possessionem invitis heredibus non habeat facultatem *sup. p. 3. n. 3.* actione experietur. Et olim quidem duas habebat, unam rei uxoriae, alteram ex stipulatu, quia vero illa multis constabat divisionibus *§. fuerat J. de Act.* multa item cum actione ex stipulatu communia, eam communionem & differentias Justinianus sustulit, in unum tramitem conclusit, ac illam in hanc transfudit *per constit. l. un. C. de re ux. act.* sicuti in duobus SCtis, Trebelliano & Pegasiano factum legimus *§. sed quia 7. J. de fideic. hered.* huicq; bonae fidei actionis, quantum ad hunc casum, tribuit naturam, *d. §. fuerat. d. l. un. Gøedd. de contr. stip. c. 8. n. 36.* quod quomodo factum & qua ratione accipiendum eleganter explicat *ib. n. 28.* In cæteris autem casibus, & fuit, & mansit hæc actio stricti juris iudicio vallata, idq; sive certi sive incerti ageretur, *contra quam Motæius senserit, Dn. Gøedd. d. tr. c. 11. concl. 1. n. 6.* In extraneo etiam si hanc pro dote intentet actionem stricti juris eam remanere dicendum est, *Kling. J. de Act. in actionis hujus expos.*

3. Cum vero actio ex stipulatione alia certi, alia incerti sit, & utraq; harum ex stipulatu dicatur *arg. l. 4. ff. de usur. l. 14. C. de pact. l. inter. 83. §. si rem. §. ff. de V. O. Fac. 2. évavf. 73:* male Bologn. qui actionem ex stipulatu, ex stipulatu incerti saltem dari, unico casu, sc. dotis, excepto, ut in eâ, sive certa, sive incerta dos petatur, ex stipulatu incerti actio locum habeat, id enim ex supradidis refellitur, & verba ex stipulatu tam *in d. §. fuerat,* quam *d. l. un.* non proferuntur tanquam species unicam eamq; specialem actionem designantia, sed definitivè generis *Dn. Gøedd. d. c. 11. n. 4.*

Ineptè

4. Ineptè etiam hic quæritur num conditio hæc ex stipulatu pro dote generalis sit, an vero specialis. cum unica tantummodo sit sive certi sive incerti, eaq; generalis conditio per *l. certi. 9. ff. de reb. cred.* Anton. Matth. *de fund. jur. disp. 7. th. 61. & seqq.* & est communis Ultramontanorum sententia ut refert Myns. *pr. l. quib. mod. re contr. obl. n. 21. Olem. disp. 39. in coroll. dist. Vult. 2. J. R. c. 7. n. 6. & Treutl. in not. ad eund. sive proc. judic. sibi contrarius 1. disp. 20. th. 10. b.*

5. Est tamen, quod hic etiam notandum, hæc actio longè latior & amplior ipso privilegio, nec enim soli uxori pro repetendâ, sed etiam marito pro petendâ promissâ dote datur, sed huic tantum cum privilegio tacitæ hypothecæ, non etiam prælationis *d. l. un. §. 1. gl. d. §. fuerat. v. transfultimus*, & hoc casu similiter bonæ fidei est.

6. Addidit & hoc Imp. huic actioni, ut in datione dotis fingatur intervenisse stipulatio, quod mirabile esse privilegium dicunt Zas. *d. §. fuerat n. 5.* Myns. *n. 24.* unde nec quoad extraneum intervenisse fingitur, cum potius donasse videatur *d. l. un. §. accedit.* Agetur itaq; vel ex stipulatione verâ, ubi reverâ facta est, vel ex præsumptâ, quando dubium est intervenerit, nec ne, vel ex fictâ ubi certum est non intercessisse Sylv. Aldobr. *in addit. ad gl. d. §. fuerat.* Zas. *d. n. 5.* Estq; fictio, ut hoc addam, in jure, juris civilis commentum, ad usum vitæ communis, contra naturam rerum, contraq; veritatem accommodatum *fac. l. 2. §. 1. de usufr. ear. rer.* cujus quinq; in jure reperiri genera testatur Hotom. *illust. quest. 38.* Et talium fictionum duas in unâ re concurrere posse docet Vaud. *2. q. 4. Connan. 8. c. 8. n. 5.*

7. Quia verò ut aliquid fingatur necesse est ut in veritate naturæ esse possit, *§. minorem. l. de adopt. l. qui ad certum ff. de*

*ff. locat.* mutam ex hac fictâ stipulatione agere non posse dicendum videtur: verius tamen est ut & ipsi hoc indulgeatur si dotem dederit, ut cum per proprios servos veram stipulationem celebrare queat, ita per eosdem intercessisse fingatur *Zaf. d. §. n. 10.* accedit quod dotem dare & nuptias contrahere possint. *l. matu. 73. ff. de jur. dot.* Singulare in hac actione est & hoc, quod stipulatio facta alteri, valeat si simul personæ stipulantis affectio concurrat *l. 45. ff. sol. matr. Gædd. d. tr. c. 10. concl. 1. exc. 2.*

8. Dicitur item hæc actio habere præstationem naturalem & in bonum & æquum concepta esse *l. 8. ff. de cap. min. l. si cum. 82. inf. de solut. l. pen. inf. sol. matr.* unde non perimitur capitis deminutione *d. l. 8.* sed etiam emancipatæ *l. 9. eod. l. un. §. 11. C. de rei ux. act. & deportatæ l. 5. inf. de bon. damn. datur, vide Cujac. 22. O. 14.*

9. Modum libellandi tradunt *Mynf. & Zaf. ad §. fuerat. in fin.* Specialem autem oportet esse libellū in repetitione dotis nec enim generalis admittitur *Fachin 10. c. 32. diff. Treutl. 1. disp. 4. th. 11. a. & 2. disp. 7. th. 1. b.* cujus opinio in petitione dotis locum habere interdum posset *Umm. ad proc. judic. disp. 6. n. 70.*

10. Datur quoq; mulieri actio in rem sive vendicatio, eaq; duplex vel directa, quâ vendicat res dotales extantes *l. in rebus. 30. C. de jur. dot. Auth. si quid. b. t. &* per hanc mulier omnibus creditoribus præfertur, ad eò ut etiam uxor secunda præ primâ res suas dotales extantes consequatur *d. Auth. N. 91. c. 1.* Sed num ita vendicanti mulieri à possidente creditore possit offerri in pecuniâ videtur dubium, & non posse offerri, cum effectu sc. verius est per *l. 9. ff. de R. V. ne aliud pro alio invito creditori solvatur. quod est contra l. 2. §. 1. ff. si cert. pet.* *Fachin, 11. c. 10.* Vel etiam utilis ad res ex do-

C

tali

rali pecuniâ emptas Don. *5. c. 2. Conn. 4. c. 17. n. 10. Cujac.*  
*5. O. 29. Pac. 5. c. 53. fac. l. uxor. 55. ff. de donat. int. vir. &*  
*us. quamvis & hoc casu directam videatur concedere Har-*  
*menop. in prociro lib. 4. tit. 8. reprehensus eo nomine à*  
*Cujac. d. O. 29. dici tamen potest alio sensu directam actio-*  
*nem ibi vocari ab Harmenop. respectu sc. vendicationis ser-*  
*vitutis, vel pignoris. Hæc autem non eò intelligenda sunt,*  
*quasi vir etiamsi solvendo sit cogatur res illas emptas dare*  
*mulieri soluto matrimonio, sed liberari præstando pecuni-*  
*am Harmen. d. l. Utilis vero mulieri permutatio quoniam*  
*rem dotalem efficit. l. 25. in fin. & seqq. ff. de jur. dot. idè*  
*& ad tales directæ in rem actio danda videtur.*

## P A R S V.

### I

**C**Ausam CUR ad hanc legem pervenerit Imp. refert pri-  
 mò assiduas aditiones mulierum, dotes suas deperditas  
 lugentium: unde Bald. b. referente Sichardo n. 9. propter  
 assiduitatem luctus & querimoniarum eas comparat vermi-  
 bus qui ligna arrodunt, sicut enim isti rodunt continuo, sic  
 hæc clament & querulentur perpetuo. Simile ferè habemus  
 exemplum in Carphaniâ sive Calphurniâ, vel ut alij malunt  
 Caja Afrania vide Coras. 4. misc. 21. foeminâ improbissimâ  
 cujus in inquietando magistratum assiduitas, causam dedit  
 edicto de postulando, ne foemina ulterius postularent l. 1. §.  
 5. vers. sexum. ff. de post. & aliâs etiam mali mores occasio-  
 nem præbent bonis legibus vid. Erasmi. chil. 2. cent. 10. adag.  
 61. & huc quadrat quod Christus Luca 11. de mutuum postu-  
 lante, & de iudice improbo refert Luca 18. ipsum permotum  
 assiduitate querulantis viduæ ut ipsi jus diceret, non quidem  
 amore justiciæ, sed ob evitationem molestiæ, ut ibidem Nic.  
 de Lyra addit.

2. Ne

2. Ne tamen hoc idem Imperatori nostro obijci possit, quasi ob evitacionem molestiæ solummodo legem hanc fanxerit, cum & aliàs fateatur, se voluntarios labores appetivisse, ut quietem alijs præpararet *N. 114. pr.* suæq; subditorum quietem prætulisse *N. 8. & simil.* ideò se amore justitiæ incitatum etiam fuisse addit, dum antiquos ejus vigorem relaxasse ait, qui diversum jus quoad concurrentes cum foeminà creditores personales & hypothecarios constituebant, quod non erat admittendum propter rationes sequentes.

3. I. Propter fragilitatem sexus, *pr.* infirmitatem namq; muliebris naturæ satis novimus, & quia facile circumventiones fiunt adversus ipsas *N. 97. c. 3. inf.* & quis non judicat humanæ societati conveniens, ut imbecillitatis muliebris habeatur ratio *Contr. Lag. in meth. jur. p. 6. c. 7. n. 8.* ne sc. fragilitate naturæ in repentinam deducantur inopiam *l. un. §. pen. C. de rei ux. act.* cum ipsarum consilium contra proprium sæpe inveniatur laborare commodum *l. si pater. 4. C. de sponsal.* unde & in alijs casibus mulieri succurritur *l. fin. pr. C. de don. ant. nupt. l. quisquis 5. §. 3. C. ad L. lul. maj. l. 2. §. 2. ad vellej.*

4. II. Quis inquit earum non misereatur, quia maritus fungitur earum corpore, propter obsequia videlicet quæ præstant, debent enim maritis non modò reverentiam *l. 14. inf. sol. matr. d. l. un. §. 7. C. de rei ux. act.* sed etiam operas *l. sicut 48. ff. de op. libert. & substantiâ*, olim enim in urbe Româ hunc fuisse morem ut mulieres nihil ferè haberent præter dotem, parapherna parcissima, *notat Cujac. b. & omni vitâ earum*, ut quæ non bona tantum, sed & vitam maritis addicant *l. fin. C. ne fidej. dot. dent. Gothofr. ad l. 22. C. de adm. tut. vers. lex. enim. text. in N. 97. c. 3.*

C 2

5. III. Prop-



5. III. Propter partus periculum, quod ipsis mortem præ  
foribus ponit *N. Leon. 17.* hac prærogativâ dignæ videntur  
unde & alibi Imp. matri subveniendum existimat, ob natu-  
ram, & puerperium, & periculum, & mortem sæpe ex hoc  
casu matribus illatam *S. sed nos l. ad sc. Tertyll.* & alibi, oportet  
iplas dignari majore studio, quæ parturiunt & pariunt, &  
nutriunt, supra eum qui voluptatis superfluum pueri fecit  
originem *N. 162. c. 3. inf.* unde infans ante partum dicitur  
matri onerosus, in partu dolorosus, post partum labo-  
riosus.

6. IV. Propter ipsam liberorum procreationem, nec  
enim ideo solum quia fœminæ sunt, gaudent hoc privile-  
gio, sed maximè favore matrimonij *Lag. d. l. n. 20. & seq.*  
Interest enim reip. dotes mulieribus conservari ad sobolem  
procreandam, replendamq; liberis civitatem *l. r. ff. sol. matr.*  
Quia igitur erat summus numerosæ sobolis favor, mulieres  
quæ liberis procreandis strenuam navabant operam, maxi-  
mè laudabantur *Myns. ad d. S. sed nos. n. 3.* steriles autem  
vituperabantur, quod arguit Locus *Luca 1.* hinc fœcundita-  
ti non pauca in jure concessa privilegia legimus *l. 2. de minor.*  
*l. 5. §. 2. de jur. immun. & c.* Sic apud Persas post bellicam  
virtutem, secunda habebatur, multæ prolis parentem esse,  
adeò ut his quotannis rex munera mitteret *Connat. 8. c. 1.*  
*n. 8. ex Herodoto.* Interest itaq; reipubl. dotes propterea  
salvas habere, ut facilius nubere, *l. 2. de jur. dot. l. 18. ff. de*  
*reb. aut. jud. poss.* & sic sobole legitimâ augere remp. possint:  
quamvis enim nuptiæ sine dote esse queant *l. f. C. de don.*  
*ant. nupt. N. 117. c. 3.* est tamen sæpe causa efficiens nu-  
ptiarum ampla dos. Unde Ovid. *Dos est forma puellis,*  
nam, quis non dotatam cupiat sibi ducere? Sic Plaut.

Tace

*Tace stulta inquit, non tu nunc hominum mo-  
res vides*

*Quojusmodi hæc mala fama, facile nubitur  
Dum dos est, nullum vitium vitio vertitur.*

7. Necessariam hinc maximè videtur, mulieres etiam ab initio dotes suas consequi, quare etiam fœmina ex promissione dotis obligatur *l. f. C. ad SC. Vellei.* & sola promissio obligationem perficit *l. 6. C. de dot. prom.* non igitur adeò incongruè hic quæremus an quædam personæ invitæ dotare cogantur, & quoad patrem dubium non videtur quin is dotare filiam teneatur, aut ad id cogi ex officio possit, est enim id omnino paternum officium *l. 19. ff. de vir. nupt. l. fin. C. de dot. prom.* non tamen tenetur dotare filiam naturalem *N. 89. c. 12. l. uxorem 41. §. 11 ff. de leg. 3. Arum. disp. 15. thes. 7.* multo minus spuriam, tenetur enim dotare pater, is autem est quem nuptiæ demonstrant *l. 19. ff. de stat. hom. l. 5. ff. de in jus voc.* de locuplete magis videtur dubium, & non teneri verius est *Connan. 8. c. 8. n. 7. Fachin. 10. contr. 38.* dum possideat filia bona pleno jure *Bachov. ad Treutl. 2. disp. 7. th. 2. c.* Lege tamen Solonis & Lycurgi non licuisse mulieribus dotem habere refert *Connan. d. c. 8. n. 3.* ne videlicet tenuioris fortunæ manerent innuptæ, à quo tamen Romani recesserunt, dotem non solum fœminis permittentes, sed etiam parentibus pro modo facultatum dandas imperantes, ut & fœmina facilius nubere & viri matrimonii onera sustinere possit, tum etiam ut habeat unde se soluto matrimonio alat *in fin. pr. h. ibi quam ad suos videtur.*

8. Ex rationibus hisce adductis patet, marito, licet æquè tacitam pro dote pendâ habeat hypothecam

C 3

d. l. un.

*d. l. an. §. 1.* præferentiam tamen hanc non concedi, cessante enim ratione legis cessat ipsa dispositio Cujac. *ad d. §. 1.* Sichard. *ibid. n. 7. C. de rei ux. act.*

## PARS VI.

### I.

**I**Ta autem Imp. mulieribus dedit privilegium, ut habeant **I**potiora jura, contra omnes mariti creditores, licet fuerint anterioris temporis privilegio vallati: Ubi se non nova sed vetus, non hodie nata, sed olim etiam inter interpp. agitata, non tantum in scholis vexata, sed in foro etiam (*ut apparet ex Gailii & Myns. Observ.*) disputata quaestio, an etiam contra creditores habentes anteriorem expressam hypothecam gaudeat mulier hac prærogativâ? quâ in quaestione tres sunt diversa opiniones. Prima eorum qui distinguunt inter pignus i. e. rem traditam, & hypothecam i. e. jus in re constitutum, ut illud habentes præferantur mulieri, hanc, postponantur: quæ tamen est communiter reprobata, *Zaf. §. fuerat §. de Act. n. 22.* Secunda fuit Bulgari non præferri nisi tacitam habentibus hypothecam, quam sequitur *gl. d. §. Zaf. ibid. n. 20. & seqq. Wes. par. h. t. n. 3. Dyn. ad. c. qui prior. n. 17. de R. J. in 6.* quem Dd. communiter sequi dicuntur *in addit. ibid.* & in foro servari dicunt *Cyn. & Bart. referente Sich. h. num. 19. Gail. 2. O. 25. num. 10.*

2. Tertia fuit Martini, præferri omnibus omnino creditoribus, sive tacitam sive expressam hypothecam habentibus, quæ videtur sensui Justiniani accommodatior, per illam Theoricam *ubi lex non distinguit, ibi nec nostrum est distinguere*: Accedit ratio, is qui credit alicui pecuniam ad

ad refectionem alicujus rei, quæ ante alteri expressè est oppignorata, licet hic nihil dicat, tacitam tamen habet in illà re hypothecam, & præfertur priori cui expressè res erat oppignorata *l. 5. & seqq. ff. h. tit.* At vero huic præfertur mulier, *Auth. quo jure h. tit. N. 97. cap. 3.* igitur etiam habenti expressam hypothecam *arg. l. 14. §. 3. vers. qui me ff. de div. temp. præscr.* & hanc sententiam in Camera receptam testatur *Mynf. 4. O. 13. & 6. O. 45. & ad d. §. fuerat num. 11. & 12.* quam ut veriore amplexantur *Amplifs. Dn. Lindem. in exercit. ad tit. de Act. thes. 117. Ant. Matth. de fund. jur. disp. 11. th. 13. & in notis ad d. §. Cujac. h. & in notis ad eundem §. Arum. disp. 14. th. 9. Hortens. ad d. §. fuerat. Borch. §. actionum. l. de Act. Vaud. 1. q. 22. & Ultramontani communiter.*

3. QUOMODO præterea præferatur videamus: Et in *vers. exceptis* dicit Imp. ita se dare privilegium, ut si concurrant duæ dotes ab eadem substantiâ debitæ, privilegium ex tempore aestimetur, E. C. si prioris matrimonij liberi dotem matris suæ, à parente qui novercam superinduxit, dotem matris suæ repetant, idemq; hæc secunda uxor faciat, hic potior habetur causa liberorum, & ijs jus ita servatur incorruptum, quasi adhuc vivente matre eorum; Estq; ratio, quia cum privilegiatus concurrat cum æquè privilegiato neuter uti poterit privilegio, sed recurrendum erit ad jus commune *fac. l. 11. §. 6. de min. l. sed & milites ff. de excus. tut.* nec enim unum altare discooperiendum, est ut alterum cooperiatur *gl. in l. si finita §. si ante. de damn. inf. Sichard. h. num. 29.* Prædicta tamen intellige vera, nisi quid ex rebus dotalibus quas uxor posterior dederit, appareat, in hoc enim ipsa præferetur *Auth. si quid h. t.*

4. Idem dicendum videtur si cum muliere fiscus con-

concurrat, ut privilegium æstimetur ex tempore *l. 2. C. de  
privil. fisc.* diff. *Treatl. 2. disp. 24. th. ult. b.* Sed cum de  
tempore non constat, in dubio pro donibus est responden-  
dum *l. 70. ff. de jur. dot. l. in ambiguus 85. de R. J. Geil. 2.  
O. 81. n. 6. 7. Fachin. 10. c. 33.* Hoc tamen obtinet in fisco si exi-  
gat debita, non etiam si pœnas *l. 2. C. de pœn. fisc.* Wefenb.  
*par. h. t. n. 3.* Itemq; si inter mulierem & fiscum tantum  
sit controversia Cujac. & Anton. Matth. *in not. ad d. S. fue-  
rat.* In primipili uxore hoc singulare est, Quod si maritum  
fiscus habeat obnoxium ex causa primipilari, non tam bona  
illius propria, quam dotalia in subsidium habeat obligata  
*l. 4. C. in quib. caus. pign. l. pen. C. de primip.* Cujus ratio  
& æquitas ponitur in utilitate publica *in d. l. pen.* quo ma-  
gis sua militibus servari possint merita & præmia: de officio  
primipili vide Coraf. *5. misc. c. 4.* Ant. Aug. *lib. sing. ad  
Modest. diff. Treatl. d. lit. b.*

5. Præferetur igitur reliquis creditoribus licet per-  
sonali privilegio munitis, etiam his quorum pecuniâ res  
emptæ vel resectæ; non tamen ijs qui pecuniam emendæ  
militiæ causâ, factæ ad hoc, ut ipsi soli præferantur, instru-  
mento, pecuniam mutuam dederunt *Auth. quo jure h. t.  
N. 97. c. 3.* Erat autem olim militia (ut hoc obiter notemus)  
ministerium in obeundis Principis negotijs, ex quo hi qui in-  
ter statutos erant relati salaria consequabantur & commoda  
à principe Pratei. *in lex. plura de hac vid. ap. Connan. 4.  
comm. 15.* Anton. August. *in epist. ad Taurellum, ejusq; re-  
sponzione.*

6. Expensas funeris causa factas dotem antecedere  
æquius videtur, *arg. l. fin. S. in comput. 9. C. de jur. delib. l.  
pen. ff. de relig.* cum actio funeraria sit valde privilegiata  
*l. fin. in fin. cod.* & sicut reip. interest nasci hominem *arg. l. 2.  
de*

*de jur. dot.* ita quoq; interest, non manere extinctorum corpora inhumata *l. 12. § 3. de relig.* videturq; hoc deberi reverentia maritali. Herman. Meyrer *d. lib. 2. tit. 2.*

7. De deponente quid statuendum, hunc praeferrī negat *Accurs. & eum secutus* Treutl. *d. l. à quibus rationibus non contemnendis* recedit Vaud. *1. q. 21.* quem sequor motus *l. à cui. 5. §. 10. ff. ut in poss. leg.* aliud enim est deponere aliud credere *l. si ventri. 24. §. 2. de reb. aut. jud. poss.*

## PARS VII.

### I.

**R**estat expedienda circumstantia ultima, ubi generaliter dicendum, habere tunc locum privilegium, quando dotis competit repetitio. Repeti autem regulariter non potest nisi soluto matrimonio *l. 2. ff. sol. matr.* quomodocunq; etiam solutum fuerit *l. 240. ff. de V. S.* dum tamen solvatur legitimo modo: adeo autem hoc verum est, ut nec ipse vir si velit dotem constante matrimonio mulieri reddere possit *l. un. C. si dos const. matr.* nisi ex iustā causā *l. quamvis 20. & seq. l. 22. §. 1. sol. matrim. l. 73. §. 1. ff. de jur. dot. N. 22. c. 39.*

2. Licet tamen etiam constante matrimonio interdum dotem repetere, si maritus labatur facultatibus *l. si constante ff. sol. matr. l. ubi adhuc. 29. l. in reb. 30. C. de jur. dot.* item si deportati mariti bona à fisco exigantur, licet enim matrimonium, si non mutet mariti casus affectionem uxoris, deportatione non solvatur, ideoq; dotis exactio ipso jure non competat, indotatam tamen esse cujus laudandum propositum est, nec ratio aequitatis, nec exempla permittunt *l. 1. C. derepud. Connan. §. c. 10. n. 2. Lag. in meth. part. 2. c.*

C

49. n.

49. n. 49. Competit quidem & mulieri etiam constante matrimonio actio *l. hac actio 65. ff. sol. matrim.* verum non hac de qua nobis *p. 4.* sermo fuit, sed conditio. ex *L. Julia*, ut ibi explicat Gothofr. Cujac. *2. O. 34.* Hotom. *1. respons. amicabil. 7. arg. l. preced. cum inscriptione & l. 14. §. 2. ad L. Com. de fass.* & Cujac. quidem *d. l.* putat, hanc esse tandiu quæsitam necdum ab Interpp. inventam actionem, quem reprehendit Hot. *d. c. 7.* ubi & veteribus notam ex *Bart. Bald. Albe-rico, & Paulo Castr.* demonstrat.

3. Ubiq; igitur dotem jure communi petere nequit, quod explicat *l. consensu. 8. §. 4. l. f. §. 1. C. de repud.* nec ex privilegio, utpote quod requirat subjectum habile, petere poterit. Non ergo privabit mulierem privilegio transitus ad secunda vota, sive secundas nuptias, ob id enim videtur potissimum dari privilegium ut facilior ad eas sit transitus per dicta *sup. p. 5. n. 6.* Kling. *l. de Action. fac etiam l. 2. C. de ind. viduit. toll.* quamvis additamentum, quod Canones dotalitium vocant per hoc perdat *N. 22. c. 23. Coraf. 3. misc. c. 1. n. 5.* Petere autem dotem potest & tunc quando majestatis læsæ damnatus est maritus, nec enim eo casu dotem amittit *l. quæ quis 5. §. 5. C. ad L. Jul. maj. Vaud. 2. q. 10.*

4. Illud non videtur adeo expeditum, si mulier non contenta provisione legis, provideat sibi per expressam hypothecam, an propterea renunciasse privilegio censenda sit, aut hypothecâ suâ contenta esse debeat? Affirmat Cujac. *h. arg. l. fin. C. de pact. conv.* ex quâ tamen lege male colligi provisionem hominis facere ut cesset provisio legis idem ait *24. O. 26.* & illa fuit opinio Petri. Sed ab hac sententiâ Dd. communiter recessisse testatur Sichard. *h. n. 36.* cum dotis causa melior quidem fieri per pactum possit, deterior fieri

fieri non possit l. 27. §. 2. vers. quod & in specie. ff. de pact. l. 14. l. 17. ff. de pact. dotal. Accedit quod nec imperitia nec rusticitas in hoc articulo ijs obsit, l. un. §. 1. vers. ita n. C. de rei ux. act. potius igitur imperitiâ lapsam, quam ex contemp-  
tu legis hoc fecisse dicemus.

5. Quid si marito hypothecam remiserit, anne & tunc fruatur nihilominus privilegio? quod videtur affirmandum, quia non est intercessio l. 8. pr. ad Sc. Vellej. l. 11. l. 21. C. eod. neq; donatio l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. Cujac. ad d. l. un. §. 1. C. de rei ux. act. ut sic nec ex SCto Vellejano, nec ex LL. XII, Tabularum irrita fieri possit. Hoc tamen verum si remissio fiat simpliciter, non etiam si in gratiam aliqujus creditoris Pac. 7. evan. q. 91. tunc enim si res aliâ mariti, ex quibus uxori satisfieri possit, non adsint, mulier per renunciationem hypothecæ sibi non præjudicat Auth. si ve à me C. ad Sc. Vell. N. 61. c. 1. Treutl. v. 2. disp. 24. th. ult. lit. c. Quod Imp. ait in §. fuerat. l. de Action. tunc cum ipsa mulier. & in fin. d. N. 61. quando mulier moverit sup. p. 1. n. 8. explicatum hic repetere supersedeo. Illud hic addo, de jure provinciali Hessiæ mulierem acitè renunciaffe, adeoq; se beneficio indignam reddidisse videri, si se mariti negotiationibus immisceat, so sie mit zuoffenem banc & vad laden siet & mulieres mercatrices etiam alibi de consuetudine ex mariti contractibus obligari testatur Wesemb. ad. l. 23. n. 3. C. de pact.

6. Ampliat Imperator privilegio locum esse, licet res dotales, aut expecuniâ dotali comparatæ non extent, sed quomocunq; consumptæ sint §. 1. vers. quapropter. h. Harmenop. lib. 4. tit. 8. quod fortasse omnis dubitationis tollendæ causa addidit, ut quando locus sit privilegio mani-



festius perspiciatur, sc. ubi res dotales non extant, quorsum enim attinebat dare rebus extantibus vel in bonis mariti hypothecam, vel ante ceteros creditores privilegium, cum & sine his potuisset res dotales sive per dominium, sive per antiquiorem hypothecam sine ullo temporis privilegio, sive ex L. Juliâ de fundo dotali, quia nemini maritus possit pignori dedisse, aut certè non prius, quam ipsa uxor, quæ ex datione statim hypothecam consequitur, illud habuerit. Ægid. Hortens. *ad d. §. fuerat.*

7. Deinde obtinet, si vel liberos habeat, sive non habuerit omnino, sive habuerit, sed quocunq; modo amiserit *§. 1. vers. & ideo.* ubi Imp. tacitæ objectioni occurrat, quæ à cessante ratione legis desumi posset, *ibi propter partus periculum & ipsam liberorum procreationem,* quæ ratio in his quæ steriles sunt cessat. Ergo idem videbatur circa legis dispositionem (eandem quoq; cessare) dicendum, verum hæc argumentatio procederet, si ratio legis esset unica, quarum tamen hic plures referuntur etiam sterilibus convenientes, igitur fruuntur & ipsæ hoc privilegio, Sichard. *h. num. 10. & seq.* Recesfere tamen in hoc à jure communi statuta Lubecensium, quæ volunt tunc demum mulierem consequi ante alios mariti creditores si liberos non habeat *lib. 1. tit. 5. art. 7. ubi ita habetur.* Wird ein Mann wegē Schulden flüchtig / hat er dann mit seinem Weibe Kinder / so soll dieselbe bezahlt werden / von beyderselts Guet / haben sie aber keine Kinder / so nimpt die Frau ihren Brautshatz / etc.

8. Pro colophone notabimus illud de tempore ex quo

quo Imp. voluit gaudere mulieres hoc privilegio: sic autem inquit *in §. fin.* Quam legem ex presenti tempore locum habere sancimus, & non retrorsum referimus: & in *l. un. in fin. C. de rei ux. act.* sic ait qua omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus, qua post hanc legem datae fuerint vel promissa; Est enim hæc generalis omnium legum natura, ut casus præteritos non complectantur, *l. leges 7. C. de L. L. l. 23. in fin. C. mand. l. pen. in f. C. de decur. N. 7. cap. 1. in fin.* nisi legislator hoc expressè voluerit *l. 21. in fin. ubi Gothofr. in not. C. ad SC. Vellej. d. l. 7.* Sed num idem in constitutionibus pœnalibus obtinebit? Displicet id Connano *1. comm. 9. num. 10.* qui movetur *l. fin. C. ad L. Fab. de plag. l. ult. C. de pact. pign.* cujus sententia an defendi possit tentabo, non obstante argumento *ex l. pen. & l. 1. ff. de pœn. & simil.*  
desumpto. *diff. Treutl. vol. 1. disp. 1.*  
*th. 5. lib. 6.*

Et tantum pro ingenii viribus, & instituti ratione posuisse sufficiat.



CORO-

CORONIDES EX JURE CIVILI,  
*feudali, & canonico.*

I.

Actio injuriarum descendens ex L. Corneliâ, non est annalis sicut actio prætoriam, nec deficit diverſitatis ratio.

II.

Theſaurus in domo venditâ repertus, non facit locum legi 2. C. de reſcind. vendit.

III.

Hypothecarij creditores, ut in ſorte ſic in uſuris quoq; poſteriorib. aut chirographarijs creditoribus præferuntur.

IV.

Venditor ſi rem habitâ de pretio fide tradiderit, nec in re venditâ, nec alijs rebus, obæratî emptoris creditoribus præfertur.

V.

Reclè Mynſ. ſ. o. 74. veriorem & æquiores judicat eſſe ſententiam, quæ fœminas ſemel exclusas, non perpetuo excludit à ſucceſſione feudi.

Fra-

VI.

Fratrum filij si soli sint, patruo in bonis  
feudalibus succedunt in capita.

VII.

Vasallus cum domini concubinâ rem  
habens, vel uxorem ipsius deosculans num  
feudo ob id privabitur? dist.

VIII.

Male allegatur Exemplum Oseæ in c.  
ult. 32. q. 1.

IX.

Male canones statuunt Christianum  
mercatores esse non posse, sed si esse volu-  
erit, proijciendum esse de Ecclesiâ c. Eijci-  
ens. dist. 88.

X.

Merum Imperium ne jure quidem Ca-  
nonico indistinctè delegari potest.

ΠΑΡΕΡΓΟΝ *Ex Aureâ Bullâ.*

De tutelâ Electorali testamento disponi  
nequit.




VI  
Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Faint, illegible text in the upper middle section of the page.

IX  
Faint, illegible text in the middle section of the page.

X  
Faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.



VI  
In diebus illis...

VII  
In diebus illis...


VIII  
In diebus illis...


IX  
In diebus illis...

X  
In diebus illis...









the scale towards document

l. 27. §. 2. vers. quod & in specie. ff. de pact. l. 1. & dotal. Accedit quod nec imperitia nec articulo ijs obsit, l. un. §. 1. vers. ita n. C. de sigitur imperitiâ lapsam, quam ex contempse dicemus.

si marito hypothecam remiserit, anne & filominus privilegio? quod videtur affirmant intercessio l. 8. pr. ad Sc. Vellej. l. 11. l. 21. ratio l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv. Cujac. de rei ux. att. ut sic nec ex SCTo Vellejano, Tabularum irrita fieri possit. Hoc tamen veniat simpliciter, non etiam si in gratiam alii. Pac. 7. evayl. q. 91. tunc enim si res aliâ marito satisfieri possit, non adsint, mulier per hypothecâ sibi non præjudicat Auth. sive d. N. 61. c. 1. Treutl. v. 2. disp. 24. th. ult. lit. in §. fuerat. l. de Action. tunc cum ipsa mun. N. 61. quando mulier moverit sup. p. 1. n. 8. petere super sedeo. Illud hic addo, de jure & mulierem acitè renunciâsse, adeoq; se bene reddidisse videri, si se marito negotiationi sic mit zuoffenem bank vnd laden siet) & mulieres etiam alibi de consuetudine ex marito obligari testatur Wesemb. ad. l. 23. n. 3. C.

iat Imperator privilegio locum esse, licet exprecuniâ dotali comparatâ non extent, neq; consumptâ sint §. 1. vers. quapropter. h. 4. tit. 8. quod fortasse omnis dubitationis addidit, ut quando locus sit privilegio manifestius

D 2

festius